

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XIV. TIT. IV. De Actione Tributaria.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

ACTIONE TRIBUTORIA.

Qv. I. Quomodo differant actio de peculio & tributoria?

RESP. (1) Illa est ex facto licito, quo pater filio permittit negotiationem. *Laut. p. 291. lit. C.* Haec ex dolo, scilicet mala distributione, *l. 1. pr. h.* (2) Illa est de universitate, *l. 20. §. 10. haered. pet. Laut. tit. de pecul. pr. haec de re singulari, scilicet de mercibus, l. 5. §. 11. h. §. 5. Ceterum in f. Inst. Quod cum eo &c.* (3) Unde haec augeri non potest: Illa potest. *L. 27. const. pec. l. 5. pr. de Imp. in rem:* (4) In illa deducitur debitum patri; *l. 9. §. 2. & seq. pec.* Non hic, quia deductio est beneficium, quod non datur delinquentibus. *l. 5. §. f. l. 6. h.* (5) In illa melior est conditio occupantis; *d. l. 9. §. 1. & 2. non hic, sed prior creditor conditione indebiti mercem male distributam repetit.*

Qv. II. An, & cur haec actio detur adversus haeredes tantum quatenus pervenit?

Laut. pag. 246. verb. Et haeredes, quatenus &c. **R**ESP. Actionem tributariam adversus haeredes dari in quantum pervenit certum est. *l. 7. §. f. l. 9. §. 2. h.* At ratio, quam *Laut. pag. 246. lit. S.* addit, (quod scilicet haec actio exorbitantem naturam a praetore acceperit,) minus quadrat: Vera ratio haec est, quia haec actio est ex delicto praetoria, *l. 7. §. 2. l. 8. h.* quales actiones nunquam dantur in haeredes, nisi quatenus pervenit. *L. 9. §. 1. Quod fals. tut. l. 9. §. f. de Reb. aut. jud. possid. rationis rationem explicavit B. Par. in Disp. de obl. haer. ex del. def. Sect. 2. §. 11. & §. 20.* Scilicet, cum in quibusdam negotiis jure nulla obligatio ad reparationem damni constituta sit, Praetor nihilominus, si dolo factum est, ne is maneat impunitus, actionem dare solet ad puniendum dolum: & hoc simpliciter vera poena est, *d. §. 11.* actiones autem poenales nunquam dantur in haeredes, nisi quatenus pervenit. *§. 1. Inst. perp. & temp. act. Conf. Collat. contra Struv. Coll. 2. §. 25.*

Qv.



Qv. III. *An, si liber homo diversas exercet negotiationes, is qui ratione unius credit, in mercibus eo spectantibus praeferatur aliis creditoribus, qui ratione alterius negotiationis crediderunt?*

De jure id negat *Lauterbachius in Ex. 26. concl. for. 14. lit. b. eam-* *Laut. pag.*
que sententiam in Gallia & Belgio observari ait *Græw. ad l. 5. 246. verb.*
§. 15. h. n. 3. & 4. At cum eadem ratio sit in libero homine, quæ *Quod Do-*
in filiis & servis (ubi id obtinet, *L. 5. §. 15. & 16. h.*) merito com- *ctores et-*
muni Dd. sententia dispositio dictæ legis §. ad liberi hominis negotia- *iam ad li-*
tiones extenditur; idque in praxi Germaniæ indubie obtinet, *Laut.*
pag. 246. in f. ibique Dd. Struv. Ex. 20. §. 46. & ita millies in facto
vidit practicari *Castro ad d. l. 1. §. 15. n. 1. Conf. Mev. Jus Lub.*
L. 3. tit. 1. art. 10. n. 55. & seq. & late Dd. apud Müller. ad Stru-
vium d. §. 46.

Qv. IV. *An hujus tituli adhuc hodie sit usus?*

NEGAT hoc *Lauterbachius in f. h.* quia servos non habemus, filios *Laut. pag.*
autem negotiantes quoad illam negotiationem haberi pro eman- *246. verb.*
cipatis putat: *Conf. Id. pag. 249.* Quæ tamen ratio admodum fallit; *Hodie*
nam nullibi negotiatio habetur pro modo solvendæ patriæ potestatis, *cum filii*
nisi & accedat separatio familiæ. *Conf. sup. tit. de adopt. q. 1. Inde-* *negotian-*
que si filius in patris familia est, ejusque mensa utitur, pater hodie- *tes &c.*
que tales merces æqualiter distribuere tenetur. *Lynk. in analect. h. t.*
Hop. Inst. §. 4. Quod cum eo & §. 10. ad. Schilt. ad Ex. 27. §. 88. seq.
At separata familia, cum filius sit sui juris, verum est hanc actionem
cessare. Alium adhuc usum ostendit *Struv. Ex. 20. th. 46.* Præter-
ea hodieque dispositionem *legis 5. §. 15. & 16. h.* obtinere, in præce-
denti quæstione demonstravi.



QUOD CUM EO, QUI IN ALIE- NA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.

Qv. I. *An, si filiusf. suo nomine contraxit, executio contra eum differatur, quamdiu in potestate est?*

Laut. pag. 247. verb. executio tantum &c.

AFFIRM. Nam conveniri & cum eo agi quidem potest, tanquam cum patref. *l. 39. Obl. act.* at contra condemnatum non datur executio, nisi sui juris factus sit. *l. 5. pr. h.*

EXC. Si bona propria habeat, forte ex peculio castrensi, vel quasi castrensi, quia & adventitio extraordinario; *arg. d. l. 39.*

Qv. II. *An hodie usus sit hujus tituli?*

Laut. pag. 247. verb. de hodie- no jure.

NEG. *Groenwegen ad l. 2. & l. 9. C. h.* Ratio ejus hæc est, quia singularis illa Romanorum patria potestas in desuetudinem abiit, filiusque familias post annum 25. pro emancipato atque sui juris habetur, indeque contrahendo non patri, sed sibi, acquirit; unde concludit, filium moribus nostris cum effectu & in solidum ex suis contractibus conveniri posse: At cum sæpius jam demonstratum sit, patriam potestatem in Germania salvam esse, filiumque ex re patris negotiantem, non sibi, sed (etiam post annum 25.) patri acquirere, eadem æquitatis ratio intuitu beneficii competentis ex hoc titulo competentis manebit. Optime ita rem decedit *Dn. Stryk. U. M. h. §. 2.* Idque multo magis verum est, si filius hereditati renunciavit, etsi dissentiant *Groenw. d. l. Müller. ad Struv. h. §. 49. & Dn. Stryk. d. l.* qui putant durum esse, filium nomine patris vel in ejus utilitatem intuitu peculii profectitii contrahentem, & quidem scientibus id creditoribus, in tantum condemnari posse, ut saltem competentis remedium ipsi remaneat. Verum cum dispositio juris clara sit, tamdiu ei insistendum est, donec abrogatio rite probetur; Nec ulla hic subest iniquitas, utpote cum filius, si minor, & contrahendo læsus sit, restituatur in integrum, etiam quinquennio postquam major factus est: Si vero ut major contraxit, & quidem suo nomine, creditor ejus magis fidem secutus videtur quam patris.

LIB.

